Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



psa

iudices fiere velut tamen fecit et quidem nec plantato neque satio nec
radicato in terra truncus eorum Respexit flauit in eos et aruerunt et
turbo ut stipula auferet eos et ait assistentibus mihi et adequasti me
dicit sanctus leuate in excelsum oculos vestros et videte quis creauit hec
Qui educit in numero militiam eorum et omnes ex nomine vocat Pro multi
tudine fortitudinis et roboris uirtutisque eius nec vnus illorum fit
Quare dicis iacob et loqueris israhel Abscondita est via mea a
domino et a deo meo iudicium meum transiuit nunquid nescis aut non audisti
Deus sempiternus dominus qui creauit terminos terre non deficiet nec labo
rabit nec est inuestigatio sapientie eius Qui dat lasso uirtutem et his qui
non sunt fortitudinem et robur multiplicat Deficient pueri et la
borabunt et iuuenes in infirmitate cadent qui autem sperant in domino
mutabunt fortitudinem assument pennas ut aquile current et
non laborabunt ambulabunt et non deficient Obsecro te

XLI

Tacete ad me insule et gentes mutent fortitudinem accedant
et tunc loquantur simul ad iudicium appropinquemus Quis
suscitauit ab oriente iustum vocauit eum ut sequeretur se dabit in
conspectu eius gentes et reges obtinebit Dabit qui pulueris gla
dio eius sicut stipulam vento rapta arcui eius persequetur eos
transibit in pace semita in pedibus eius non apparebit Quis hoc
operatus est et fecit vocans generationes ab exordio ego dominus primus
et nouissimus ego sum viderunt insule et timuerunt extrema terre ob
stupuerunt et appropinquauerunt et accesserunt Vnusquisque proximo
suo auxiliabitur et fratri suo dicet confortare Confortabit faber aurifex
percutiens malleo eum qui ferit tundens dicens glutino bonum est
et confortauit eum clauis ut non moueatur et tu israhel serue meus
iacob quem elegi semen abrahe amici mei in quo apprehendi te ab extremis
terre et a longinquis eius vocauit te et dixit tibi Seruus meus
es tu elegi te et non abiecit te ne timeas quia tecum sum ego Ne deli
nes quia ego deus tuus Confortauit te et auxiliatus sum tui et sus
cepit te dextera iusti mei Erubescant et confundantur omnes
qui pugnant aduersum te erunt quasi non sint et peribunt viri qui iudicant
tecum Quaerens eos et non inuenies viros rebelles tuos erunt
quasi non sint et veluti consumptio hominum bellantium aduersum te quia